



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensio Apologiæ De Adoratione Et Eivs Speciebvs

Lorichius, Jodocus

Ingolstadii, 1577

VD16 L 2530

De Scholasticis Theologis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30277

DE ADORAT. ET EIUS SPECIEB.

anno demum 384. Vide Epiphan. contra
hæref. Catharorum li. 2. hæref. 59. Totum
deinde librum F. Michaëlis Medinae, de
continentia prisorum. Vide 25. Canon.
Apostolorum. Rogati præterea Aduersa-
rij, potueritne Lutherus, cæterique erra-
re? nihil respondent. Cæterain sequenti-
bus adiiciemus.

De Scholasticis Theologis.

53. Cùm isti in priori disputatione, Scho-
la Theologos faciem probrosè appellâf-
sent; rogauiimus: quidnam in scripturis
legerent, à Scholasticis Theologis non
obseruatum? Respondent hic propos. 43.
se solam Fidem, & imputatiuam iustitiam,
in scripturis legere; quæ nostri non vide-
rint. Raræ profectò eruditionis argumen-
ta, de quibus partim suprà prop. 27. partim
infrà prop. 80. &c. respondebimus: inter-
ea patienter sustineant.

54. Ibidem rogabamus, vt aliquam è D.
Thoma propositionem afferrent, quam
ipse non satis eruditè probârit. Afferunt
ergo hanc: quod actus charitatis quilibet,
meretur absolute vitam æternam. Quia in
responsione, mirari satis non possum isto-
rum tergiuersationem, ac fraudulentiam;
quod

DEFENSIO APOLOGIÆ

Prim. Sec. quod cùm D. Thomas in Summa sua am-
q. 114. art. plius tribus millibus propositionum, iu-
2. ad 3. arg. sta methodo, & ex professo tractârit; eam
tantùm afferant, cuius pérfunctoriè dun-
taxat meminit in solutione alterius argu-

Vide Bona- menti. Deinde iniquè accusant D. Thom.
uen. 1. sent. ac si id, sine ratione valida affirmârît. Ini-
dist. 17. & interpretes. quiùs etiam auctorem Rationalis diuino-
1. Ioan. 4. rum officiorum; qui certè vna in pagina
plus eruditionis præstît, quàm istorum
tota contineat Theologia. Rectè ergo di-
cunt est: Scientiam nō habere inimicum,
nisi ignorantem.

Hoc loci responsionem suam, ad pri-
mam Apologiæ nostræ partem, cõclu-
dunt: coäceruantes ex Tertulliano, &
Basilio sententias, quibus hæreticos ac-
cusant, scripturæ auctoritati detrahen-
tes: easque in nos inuidiosè & menda-
cissimè detorquent. Ostendant verò,
quis Catholicorum, ullum Sacræ scri-
pturæ aut librum, aut caput, aut versum
negârît? negant verò omnes, & meritò:
non esse germanū script. sensum, quem
cùm prisci, tûm hodierni hæretici, Ec-
clesię volunt obtrudere; sed quem ipsa,
instinctu Spiritus sancti, suis tradit fi-
delibus.

Responde-
ant suprà ci-
ratæ defen-
sioni de Ec-
clesia mili-
tante.

DE-